Alexander dei gracia Rex Polonie Magnus dux Lithwanie Russie Prussieque et dominus et heres. Significamus tenore presencium quibus expedit universis et singulis
presentibus et futuris harum noticiam habituris Quia Serenissima princeps domina Elizabeth dei gracia Regina Polonie Genitrix nostra charissima se etate granatam senciens
timensque ne deo omnipotenti permittente antea humanis excedat quam de certo statu Illustrissime principis Virginis Elizabeth filie sue Sororis nostre charissime constitueret Rogavit a
nobis instantissime sua Serenitas ut ipsius prefate germane nostre futuro statui quantum decens esset clementer providere dignaremur ne tunc dum deo volente materna cura sub qua
nunc est orbata esset defectum et inopie cum nostro domusque nostre dedecore relinqueretur Quoniam autem prefate Serenissime domine Genitricis nostre iustis ac decentibus peticionibus non con-
cedere impium esset que de nobis ac ipso Regno publice et privatim tum eciam communiter de omnibus Regni huius status et condicionis cuiuslibet indigenis multipharia benemeruit
Ita ut merito sue Serenitati gratificari ac complacenciam facere tenemur Eas igitur ob res constituimus sue Serenitatis peticionibus concedendo prefate Illustrissime Sororis
nostre charissime futuro statui providere certa bona nostra Regalia sue Illustritati ad vitam seu donec Nuptui tradita non foret ad traducendum statum honestum assignando
Donavimus itaque propterea dedimus et concessimus prefate Illustrissime principi virgini Elizabeth Sorori nostre charissime Terras Castra districtus nostros Regales videlicet Lanci-
ciensem Radomensem et Sydeczensem consensu prefate Serenissime domine Genitricis nostre cum in eisdem dos et dotalicium reformata super concurrente donavimusque damus et
concedimus graciose presentibus litteris nostris ipsi eandem Illustrissimam principem Elizabeth Sororem nostram charissimam Terras Castra districtus nostra prefata cum omnibus et sin-
gulis Civitatibus Opidis Castris villis prediis Molendinis eorumque emolumentis Theloneis Foralibus Annualibus ceterisque Exactionibus consuetis Censibus proventibus
Borris Silvis piscinis piscaturis Mellificiis ac quibuslibet obvencionibus et utilitatibus universis ex antiquo quomodolibet pertinentibus et generaliter cum omni Iure dominio
et proprietate Tenendas habendas utifruendas pacificeque et quiete possidendas ad tempora vite sue extrema seu donec Nuptui tradita non foret Quod illorum inprimis accideret
quibus Nupciis vel morte subsequuta ad nos et Successores nostros bona prefata pleno Iure cedibunt Et insuper eiusdem Illustrissime Sororis nostre competenciori statui consulentes
sue Illustritati eciam villam nostram cum predio dictam Zelonky in terra Cracoviensi sitt Et domum lapideam in Castro Cracoviensi per Serenissimum principem dominum Johannem



Alexander dei gra Rex Polonie Magnus dux Lithwanie Russie Prussieq[ue] et dominus et heres. Significamus tenore presencium quibus expedit universis et singulis
presentibus et futuris harum noticiam habituris. Quia Serenissima princeps domina Elizabeth dei gracia Regina Polonie Genitrix nra charissima se etate gravatam senciens
timensq[ue] ne deo omnipotenti permittente antea humanis excedat qz de certo statu Illustrissime principis virginis Elizabeth filie sue Sororis nre charissime constitueret Rogavit a
nobis instantissime sua Serenitas ut prius prefate germane nre futuro statui quantum decens esset clementer providere dignaremur ne tunc dum deo volente materna cura sub qua
nunc est orbata esset defectum et inopie cum nro dominiq[ue] nre dedecore relinqueretur Quoniam aut prefate Serenissime domine Genitricis nre iustis ac decentibus peticionibus nro con-
cedere iniquum esset que de nobis ac ipso Regno publice et privatim tunc etiam communiter de omnibus Regni huius Status et condicionis cuiuslibet indigenis multipharia benemeruit
Ita ut merito sue Serenitati gratifficari ac complacenciam facere tenemur Has igitur ob res consentimus sue Serenitatis peticionibus concedendo prefate Illustrissime Sororis
nre charissime futuro Statui providere certa bona nra Regalia sue Illustritati ad vitam seu donec Nuptui tradita non foret ad traducendum Statum honestum assignando
donavimus itaq[ue] propterea dedimus et concessimus prefate Illustrissime principi virgini Elizabeth Sorori nre charissime Terras Castra districtus nros Regales videlicet Lanci-
ciensem Radomiensem et Predecensem consensu prefate Serenissime dne Genitricis nre cum in eisdem dos et dotalicium reformata sunt concurrente donamusq[ue] damus et
concedimus graciose presentibus litteris nris per eandem Illustrissimam principem Elizabeth Sororem nram charissimam Terras Castra districtus nra prefata cum omnibus et sin-
gulis Civitatibus Opidis Castris villis predijs Molendinis eorumq[ue] emolumentis Theloneis Foralibus Annalibus ceterisq[ue] Exactionibus consuetis Censibus proventibus
Borris Silvis piscinis piscaturis Mellificijs ac quibuscumq[ue] obvencionibus et utilitatibus universis ex antiquo quomodolibet pertinentibus et generaliter cum omni Iure dominio
et proprietate Tenendas haben utifruendas pacifficeq[ue] et quiete possiden ad tempora vite sue extrema seu donec Nuptui tradita non foret Quod illorum imprimis accideret
quibus Nuptijs vel morte subsequuta ad nos et Successores nros bona prefata pleno Iure redibunt Et insuper eiusdem Illustrissime Sororis nre competenciori Statui consulentes
sue Illustritati eciam villam nram cum predio dictam Zelonky in terra Cracovien Sitt Et domum lapideam in Castro Cracovien per Serenissimum principem dominum Johannem
Albertum Regem Polonie antecessorem nrm pro Serenissima domina Genitrice nra edifficatam eadem ut premissum est condicion damus et donamus similiter haben tenendam
et utifruen Ut autem prefata Illustrissima Soror nra charissima indubiam et actualem iam ex nunc possessionem prefatorum bonorum nrorum presertim Serenissima dna
Genitrice nra communi consenciente apprehendat volumus ut Capitanei et officiales dictorum bonorum et locorum quos sua Illustritas pro voto suo deputaverit de obser-
vandis Castris et fidelitate tenenda Iuramenta sue Illustritati prestent et faciant Nobis et Successoribus nris eorundem Capitaneorum et officialium in hijs maxime locis
quibus nra communis Iuris et Exequucionis incumbit obedienciam et Subiectionem nihilominus reservantes Harum quibus Sigillum nrm est subappensum testimonio literarum
Datum Cracovie feria quarta ipso die festi sancti Leonardi confessoris Anno domini Millesimo Quingentesimo quarto Regni vero nostri anno tercio

Alexander dei gra Rex
manu propria ss

Math. D. Vicecanc ss



Alexander rex de consensu Elizabethe [illegible]
donat Elizabethe sorori confirmat Laur[illegible]
Radomin et Przedecz

[illegible] 2do ] 5 3

Reginarum [illegible]

Regine elizabet [illegible] dotis
p[er] Regiam [illegible] confirmacio p[ro] Regina
elizabet

LJ
1504

97.